Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ecclesiae eius deum. Lectio
In diebus illis: Actum apostolorum
Cum apollo esset corinthi
et paulus peragratis superioribus
partibus venisset ephesum: et in
venisset quosdam discipulos.
dixit ad eos. Si spiritum sanctum acce
pistis credentes? At illi dixe
runt ad eum. Sed neque si spiritus
sanctus est audivimus. Ille vero
ait. In quo ergo baptizati estis?
Qui dixerunt. In iohannis
baptismate. Dixit autem paulus.
Johes baptizavit baptismate
penitentiae populum: dicens eum
qui venturus est post ipsum ut
crederent hoc est mihi. His
auditis baptizati sunt in nomine
domini iesu. Et cum imposuisset illis
manus paulus: venit spiritus sanctus
super eos
spiritus sanctus: et loquebantur lin
guis et prophetabant. Erant autem
omnes viri fere duodecim. Intro
gressus autem synagogam cum
fiducia loquebatur per tres me
nses: disputans et suadens de
regno dei. Alla Confitemini
domino quoniam bonus quoniam in saeculum mi
sericordia eius Laudate
dominum omnes gentes et collaudate
eum omnes populi Quoniam confirmata
est super nos misericordia eius et veritas
domini manet in aeternum. Sequentia sancti evangelii secundum johannem
In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Si diligi
tis me: mandata mea servate
et ego rogabo patrem: et alium pa
raclytum dabit vobis. ut maneat
vobiscum in aeternum: spiritum veritatis
quem mundus non potest accipere. quia
non videt eum nec scit eum. Vos
autem cognoscetis eum: quia apud
vos manebit et in vobis erit. Non
relinquam vos orphanos: ve
niam ad vos. Adhuc modicum:
et mundus me iam non videt.
Vos autem videtis me: quia ego vi
vo et vos vivetis. In illo die vos
cognoscetis quia ego in patre meo
et vos in me: et ego in vobis. Qui
habet mandata mea et servat ea:
ille est qui diligit me. Qui autem
diligit me diligetur a patre meo:
et ego diligam eum et manifesta
bo ei me ipsum. Offertorium Emitte spiritum
tuum et creabuntur et renovabis faci
em terre. sit gloria domini in saecula alleluia.
Secreta Ut per hanc sancta spiritus divine
munera nostra cunctae. ut quod sollemnitate pentecostes tuo nomini
dedicamus. et intelligibile nobis
fiat et eternum per. Prefatio
Vere dignum: per. Communicantes et diem
sancti
Sed et memoriam hanc igitur
munera quae diuine oblata sanctifica et corda
nostra sancti spiritus illustratione emunda. per eundem